



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

CCCLVII. Johann, Bischof von Verden, bestätigt die Stiftung einer Vicarei in
der Elisabeth - Capelle der Neustadt Salzwedel, am 25. April 1446.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

matigen/ vnderwinden, dat manen, heuen vnde vpboren mogen vnde in vnser leuen vrowen nuth vnde vromen keren. Des to groterer wissenheid hebben wij obgnante Radmanne vnser der Oldenstad Ingesegele wiligen heten hengen an dessen Breff, Na godes bord verteynhundert In deme Selsvndevertigsten Jare, ame mandage na der Hilgen dryerkoninge dage.

Nach dem Originalte des Salzweleder Archives XXV, 51.

CCCLVII. Johann, Bischof von Verden, bestätigt die Stiftung einer Vicarei in der Elisabeth-Capelle der Neustadt Saltwedel, am 25. April 1446.

Johannes, dei et apostolice sedis gracia Episcopus Verdenfis ecclesie, universis et singulis presenciam visuris seu auditoris salutem in saluatore. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum tam vigoris equitas quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Sane laudabile testimonium veritatis ad nostrum peruenit auditum, quod honorabilis vir dominus Henricus Leppyn, perpetuus vicarius in ecclesia Zwerinensi, pie memorie, diuine remuneracionis contemplacione, bona transitoria seminare desiderans ut celestes thesauros inde colligere valeat, adstante domino nullo tempore perituros, unum perpetuum beneficium seu vicariam perpetuam in honore omnipotentis Dei matrisque ejus gloriose nec non beatorum Petri et Pauli apostolorum et Barbare et Gertrudis virginum ad altare summum in Capella B. Elyzabethe in noua ciuitate oppidi Soltwedel Verdenfis diocefeos situm et constructum dotauit et in quantum in eo fuit fundauit pro sua et suorum remedio animarum, dotans idem beneficium seu vicariam donacione perpetua et irreuocabili cum annuis redditibus ac bonis infra scriptis: primo videlicet uno choro filiginis in curia Johannis Vrancken, Schulteti in Clenou, eiusdem Verdenfis diocefeos pro LX Marcis Lubecenf. comparatum, cuius tamen chori filiginis medietatem idem fundator apud quandam Gheseke Kofers ad tempora sue vite permanendam dicitur decreuisse. Ipsa vero Gheseke exenta rebus humanis voluit ipse fundator dictum medium chorum filiginis integre devolvi ad vicariam antedictam. Insuper IV Marce Lubecenf. reddituum in area et domo Martini Cleützemann, oppidani noue ciuitatis Soltwedel, pro LXVI Marcis Lubec. comparate. Item in Düdeschen Chüden XIX modis filiginis, III modis auene et uno modio ordii Soltwedelenfis mensure ad XXX solidos Lubec. pro seruicio validis famulis Pardamo, Johanne, Henrico et Rabadone, fratribus, conductis de Plote pro L florenis Renenfibz emptis et comparatis. Item in dicta villa Chüden cum uno prato ab eisdem de Plote pro L Marce Lubic. emto. Item in curia Nicolai Lindemanns Schulteti in Buft cum uno talento Stendalienf. denariorum pro VI marcis Stendal. comparatum. Item in curia Johannis, Hempten iunioris et fratris sui Mathie, conducti de Knefebeke in Tyleffen, quam idem Johannes colit III marcis Lubicenf. pro XXX Lubic. comparatis. Item VI marcis reddituum in domo et area prouidi viri Bernardi Leppyn, fratris contestatoris, oppidani in Soltwedel, pro C marcis Lubic. emptis et comparatis. Volens nihilominus idem testator quod si quedam de dictis bonis iuxta tenorem litterarum desuper confectarum a quoquam reemi contigerit, extunc vicarius predictae Vicarie cum adiutorio Proconsulum et Consulium dicti oppidi noue ciuitatis Soltwedel predictae et Collator eiusdem vicarie pro tempore exi-

stens cum pecuniis comparare debebunt alios annuos redditus ad eandem vicariam applicandos. Cuius quidem vicarie ius presentandi ad eandem personam ydoneam dedit idem testator Bernardus Leppyn fratri suo prenominato et filiis suis masculini sexus legitime natis quamdiu in humanis vixerint. Ipsi vero in domino defunctis dedit idem ius patronatus filiabus suis de progenie sua legitime natis feminei sexus et semper seniori. Ipsi vero viam uniuersi carnis ingressuris voluit, quod hocce ius patronatus deuoluetur ad honestos viros proconsoles et consules sepedicti noue ciuitatis Soltwedel perpetuo permanfurum. Supplicareque nobis humiliter fecit fundator sepedictus, ut premissa omnia et singula dignaremur approbare et auctoritate nostra ordinaria confirmare. Nos igitur ad honorem omnipotentis Dei, cultum diuinum augmentare volentes et cupientes, ipsius fundatoris piis precibus inclinati fundacionem sepedictie vicarie cum dotibus et annuis redditibus supradictis nec non punctis condicionibus et articulis desuper appositis ut premititur rationabiliter et iuste factam decreuimus ipsamque perpetuis temporibus duraturam auctoritate ordinaria ex certa nostra sciencia in nomine domini in his scriptis confirmamus et appensione nostri sigilli presens scriptum roboramus in testimonium omnium premissorum. Datum Verdis, anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto, ipso die B. Marci Euangeliste.

Hinricus, Lubec. Notarius.

Aus Gercken's Fragm. I, 100—103.

CCCLVIII. Bischof Johann, Vicar des Bisthums Verden, bekundet die Einweihung eines neuen Altars in der Marienkirche zu Salzwedel, am 6. Mai 1446.

Nos Johannes, dei et apostolice sedis gratia Dariensis episcopus ac reverendi in Christo patris et Domini Johannis, eadem gracia episcopi Verdenfis in pontificalibus vicarius generalis, vniuersis Cristi fidelibus presentibus (sic) visuris et auditoris salutem in eo, qui est omnium vera salus ac notum esse volumus, quod nos diuina nobis cooperante clemencia quoddam altare nouiter constructum in honorem sanctorum Johannis baptiste, Viti, decem milium militum, Antonii, Bernwardi, Celestini et Appollonie In ecclesia beate Marie virginis in ciuitate Soltwedel verdenfis diocesis rite et rationabiliter consecrauimus, vicariam altaris Sancti Johannis Baptiste priorem in eadem ecclesia cum omnibus et singulis infra scriptis perpetuis redditibus ceterisque attinenciis et correquisitis ex certis et rationabilibus causis nostrorum ac dicti Altaris et vicarie Collatorum omnium ad hoc pie mouentibus transferendo, ac ad presatum nouum altare stabiliendo, firmando et perpetuando presentibusque transferimus, firmamus et perpetuamus. Attamen huic nostre consecracioni facte tali condicione et cautela apposita, quod infra scripti Redditus annui et perpetui, Medietas videlicet ville Slaucalis Niendorpp prope Castrum Werbekê cum omni iure de alto et basso, vnus chorus filiginis in villa Jeggeleue in Curia hanßes Steffens, vnus medius chorus filiginis in villa Gartze in Curia Schulteti, vnus medius chorus filiginis ibidem in Curia hermen heniges, vnus medius chorus filiginis in villa pryffer in Curia Klyngebyls, omne lus supremum et Infimum Infra sepes In curia prenominati hanßes Steffens In villa Jeggeleue, Ac vna marca denariorum annuatim in dicta Ciuitate Soltwedele In domo habitacionis Arnoldi Rossowen existente